



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Rvperti Ab||batis Monasterii || Tvitiensis Ordinis S.
Benedicti The||ologi antiqui, Opera duo, ut egregia sanè,
ita diu desiderata, multoq[ue] || labore perquisita, ac
sumptu haud ita modico ...**

Rupert <von Deutz>

Colonia, M. D. XXVI.

VD16 R 3796

De Gloria Et Honore Filii Hominis Liber .IIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71860](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71860)

DE GLORIA ET HO-

NORE FILII HOMINIS LIBER .IIII.



ECCLÉSIA IN CANTICIS DILECTI

sui pulchritudinē prædicans dicit inter cetera. Oculi eius sicut columbæ super riuos aquarū, quæ lacte sunt lotæ, & resident iuxta fluentia plenissima. Quid est hoc dicere, nisi qd studia eius, q̄ diu in terra uisus est & cū hominib⁹ cōuerfatus est, sacræ semp̄ intēdebāt scripturę, sicut & in psalmo primo prædictum fuerat, sed in lege domini uoluntas eius & in lege eius meditabitur die ac nocte. Eiusmodi studia eius spiritum sanctū decuit ita significare, ut descenderet super eum in specie columbæ, quia in eo requieuerūt omnes spirituales gratiæ, & anima eius apertis cunctarū gra-

Cant. 5.
Studia Chri
in scripturis,
ut eas adim
pleret.

tarū oculis, residebat iuxta fluentia plenissima, id est cunctas cōtemplabatur, ut adimpleret ueritatis scripturas, quicquid de ipso in lege Moysi, & prophetis, & psalmis scriptū fuerat & quod cū magna reuerentia cogitandū nobis est, secundū dispositionem rerū quas medita tabatur, habitū uel actiones suas disponebat exterius. Hinc est id qd post ea, quæ supra dicta sunt cōtinuo sequitur. **V**idens autem turbas, ascendit in montem, & cū sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius, & aperiens os suum, docebat eos dicens. **B**eati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorū. **F**uturū quippe erat, nec ipsum latebat, & hoc sine dubio meditabatur, imò & (sicut quodā loco dixit) artabatur usq; dū p̄ficeretur, & ut ascenderet in cœlū, & ibi sederet ad dexterā maiestatis in excelsis, iuxta illud, ascendens in cœlū, captiuā duxit captiuitatē, siue illud, Dixit dñs dño meo, sede à dextris meis. Pulchre aut, qui ascēsurus erat in altitudinē cœli, ipse in montē, id est, excelsū terræ locū ascendit, quē uel Thabor uel quēlibet aliū in Galilæa montē excelsū oportet intelligi, quia post q̄ finiuit sermones suos, statim sequitur, cū aut introisset Capharnaū. In monte eiusmodi, uidens turbas, ascendit, quia futurū erat, ut uisus turbis, ascenderet (sicut iā dictū est) in altitudinē cœli. **Q**uid em̄ fecit hic tota uita sua, nisi q̄ uidit turbas: Vidit plane, uidit turbas generis humani, & nō quomocūq; uidit, sed ita ut miseriarū nostrarū careret experimentū, iuxta illud, Quoniā ipse cognouit figmentū nostrū, id est, ipse susceperat, & in semetipso expertus est, quia fragile est mortale corpus nostrū. Ita uidit, ut miserere, uerita miseris est, ut miserias nostras cōsolaretur, id est, beatitudinē salutis æternæ p̄ passionem & mortē suam nobis operaretur. Hoc factū, iamq; sedente eo ad dexterā patris, accessuri erant ad eū discipuli eius, uidelicet accessu mentis & profectu fidei, p̄seuerando in spe promissū qd̄ promiserat eis, & expectando promissionē patris, quam au distis (inquit) p̄ os meum, &c. Pulchre igitur sic factū, & sic dictū est, & cum sedisset accesserunt ad eū discipuli eius. **I**dem futurū erat, ut illic sedens ad dexteram patris, magis ac magis aperiret illis sensum, ut intelligerent scripturas, uidelicet docendo illos omnē ueritatem p̄ spiritum sanctum quem dedit illis, sicut promiserat. Eius rei congrua significatio est in eo qd̄ hic ait Euangelista, & aperiens os suū docebat eos, &c. Nunc iam literæ uel sermonis huius seriem ingrediamur. **A**periens (inquit) os suū, docebat eos, dicens. Beati pauperes spū quoniam ipsorum est regnū cœlorū. Huiusmodi locutio siue dictio, aperiens os suum, in secularibus literis pro uicio ducitur, & pleonasmus, id est, adiectio unius uerbi supuacua dicitur, ut illic. Sic ore locuta est. Neq; em̄ quisquā loquitur nisi ore, nec aliter loqui potest, nisi aperiat os suū. Porò in sacris literis, & maxime hic, nequaquā adiectio supuacua est, sed multū ad negotium p̄tinet, si illud os dñi cogites, qd̄ Euangelistā diuinū attendisse decet. Quod est illud os dñi, nisi scripturæ, p̄ quas nobis loquitur spūs dñi? **I**ste clausæ fuerant, clausæ (inquit) & signatę pro ratione t̄pis erant, & ut clauderent eas, ipi qui scripserunt, p̄ceptum dñi habebant. Exempli gratia. Tu aut Daniel claudes sermones, signa librū, usq; ad tēpus statutū & ad Esaiam. Liga testimonium, signa legem in discipulis meis. Quomodo uel quibus scripturæ Christum prænunciātes clausæ erant: Vt q̄ spiritualia sic annunciando, ut carnalia sona-

CAP. V.

Lucæ. 12

Ephē. 4.

Psal̄m. 109

Quo Chrs ut

dic turbas

Psal̄m. 102

Actu. 1

Lucæ. 24.

Iohan. 16

Os dñi sacræ
scriptura est.

Os dñi ludęis
erat clausum

Danie. 12.

L. RVPERTI IN MATTHE. CAP. V.

nalia sonare uiderentur, illis præcipue, quorū carni subditus & terrenis cupiditatibus de-
 tus erat animus. Exempli gratia, Et dominabitur à mari usq; ad mare, & dabitur ei de au-
 ro Arabiæ. Hæc & his similia Iudæi legentes, aureâq; & gemmatâ Hierusalē terrenâ, reo-
 gnante Messia, se habituros sperantes, beatos putabant esse diuites, cæterisq; rebus ul-
 tis prosperatos, quibus mundus inaniter gaudet. Clausum ergo erat os dñi, id est, scriptu-
 ra, quæ est os dñi, nec nisi docente ipso, poterat eiusmodi os aperiri. In aperiendo quid pri-
 mū dixit: **Beati pauperes spiritu, quoniā ipsorū est regnum cœlorū.** **Beati mites,**
quoniā ipsi possidebunt terrā. **Beati qui lugent, quoniā ipsi consolabuntur.** **Beati**
qui esurunt & sitiunt iustitiā, quoniā ipsi saturabuntur. **Beati misericordes, quoniā**
ipsi ipsi misericordiā consequentur. **Beati mundo corde, quoniā ipsi deū videbunt.**
Beati pacifici, quoniā filij dei uocabuntur. **Beati qui persecutionē patiuntur propter**
iustitiā, quoniā ipsorū est regnū cœlorū. Hoc primū cecinit canticū beatitudinis cytha-
 ra gloriosa, cythara sonora & dulcis, cui tota erat & est insita musica patris, uniuersa sapiē-
 tia dei, qui & dicebat ad eū iam dudū in propheta, Exurge gloria mea, exurge psalteriū &
 cythara. Octo chordis antiquitus cytharæ fiebāt, & q̄ p̄ primā eadē uox resonabat p̄ octa-
 uā, secundū musicæ naturale uim: quā t̄m septē sunt discrimina uocū, & octaua uox eadē q̄
 prima est, q̄ cantoribus peritis, id est musicis, nō incognitū est, & q̄ nō minime delectat in
 ista beatitudinū cantilena, q̄ prima, eadē octaua sentētia est, quoniā ipsorū est regnū cœlo-
 rū. Celeberrima est apud doctores ferē oēs decantatio hæc octo beatitudinū, nec opus est
 ita & hoc sc̄dm certā locutus est autoritatē scripturarū. ¶ Nā q̄ pauperes spū uere beati sint,
 uel q̄ ipsorū sit regnū cœlorū, Abraham, Isaac & Iacob pro exēplo uel testimonio sunt,
 q̄ pauperes spū fuerūt, sicut enarrat sacrę historiæ textus, & memorat ap̄tus. Cōfidentes (in)
 quit) q̄ peregrini & hospites sunt sup̄ terrā. Qui em̄ hæc dicūt, significant se patriā inquire-
 re, & siquidē illius meminisset de qua exierant, habebant utiq; tēpus reuertendi, nunc autē
 meliorē appetunt, id est cœlestē. Nōne hæc est paupertas spūs, nō appetere patriā in terris
 & humiliter expectare repositā in cœlis in manu dei. Ideo (inquit) nō confunditur uocari
 eorū deus. Parauit em̄ illis ciuitatē. Quid aliud est illa ciuitas, nisi regnū cœlorū? ¶ Quod
 mites uere beati sint, & q̄ ipsi possideant terrā, Moyses pro exemplo uel testimonio est, de
 quo ueridica dicit scriptura. Erat em̄ Moyses uir mitissimus sup̄ oēs hoies qui morabatur
 in terra, simulq; Iosue & Caleph qui tanq̄ mites nō detraxerūt terrē quā lustrauerāt p̄ qua-
 draginta dies, sicut detraxerūt immites aliq̄, q̄ exasperauerunt dñm, & iccirco possederūt
 eā, sed pleni alio spū laudauerūt, & iccirco possederūt eā. Nō quidē Moyses possedit
 terrā, ad quā ingrediebatur Istraël possidendā, terrā trans Iordanē, terrā Chanaan, sed possede-
 dit & possidet terrā uiuentiū, quā solā in spū psalmista suspirās, Crede (inquit) uidere bona dñi
 in terra uiuentiū, portio mea in terra uiuentiū. In hoc ipso q̄ terrā illā Chanaan nō possedit,
 mitis fuit, id est, semetipm non defendit, q̄ est mitis animi. Nā dicente sibi dño, q̄ in illā ter-
 rā non intraret, propter illud qd̄ acciderat ad aquas cōtradictionis, cōtinuo respondit. Pro-
 uideat dñs deus spiritū omnis carnis hominē qui sit sup̄ multitudinē hanc, ne sit populus
 dñi sicut oues sine pastore. Et in sua quidē causā mitis fuit, in causā uero dei qualis fuerit,
 testat zelus, quo zelatus est pro reatu uituli, & hiatus terræ, qui Dathan & Abyron absor-
 buit, cū ille dixisset ad dñm, ne respicias sacrificia eorū. ¶ Quod lugentes uere beati sint, &
 q̄ ipsi cōsolabunt, testant gesta iudicū, q̄ post Moysen & Iosue fuerunt usq; ad Samuel,
 quorū luctum atq; clamorē, quo clamauerunt ad dominū, confitentes q̄ propter peccata
 sua traditi fuissent, & totiens traderent in manus gentiū, gloriōsæ consolationis subsequē-
 sunt. Primus luctus illorū temporum loco quoq; nomen dedit, sicut scriptum est. Ascens-
 ditq; angelus dñi de Galgala ad locū flentium. Cur (inquit) hoc fecistis? Cūq; loqueret an-
 gelus dñi ad omnes filios Istraël, eleuauerunt uocē suā & fleuerūt, & uocatus est nomen
 loci illius flentium siue lachrymarū. Luctus ultimus luctus fuit Samuel, qui lugebat Sau-
 lem, sicut scriptū est. Pœnitit me (ait dñs) quod constituerim Saul regem, quia dereliquit
 me & uerba mea opere non impleuit. Cōtristatusq; est Samuel, & clamauit ad dominū
 tota nocte, & subinde, Veruntamen lugebat Samuel Saulem, quoniā dñm pœnitebat, q̄
 cōstituerat

Psalm. 71.

Psalm. 76. 107.

Beati pauperes spiritu.
Heb. 11.

Beati mites.

Num. 12.
Ibidem. 13. 14

Psalm. 26.
Psalm. 141.

Num. 27

Exodi. 32.
Num. 16.
Beati qui lugent

Iud. 2

I Reg. 11.

constituit eum regē. Dixitq; dominus ad Samuelē: Vsq; quo tu iuges Saul, &c. Conso-
 lationes, quibus illi iugentes consolati sunt, tam gloriose fuerunt, ut illi, quoq; per manus dñs
 clamantes ad se consolatus est, uocarent etiā saluatores, utpote saluatoris unici, saluatoris uen-
 turi quandā uicē & typū gerentes, salute tēporali saluando Israël. Vltimus Samuel iugēdo
 talē consolationē cōsecutus est, ut missus à domino ungeret Dauid regē, & salutis tēporalis
 ducē, & salutis æternæ fontē siue originē. i. patrē saluatoris Christi, nominatū post Abrahā
 secundū carnē. ¶ Quod esuriētēs & sitientes iustitiā beati sint, qđ ipsi saturabunt, pro exēplo
 uel testimonio sunt propheta, uel filij propheta, & quicq; timentes dominū, qui sub regi-
 bus Israël, sub Achab & Iezabel & cæteris, qui prophetas domini occiderūt, & altaria sus-
 foderunt, per loca deserta difflugentes & latitantes, egestate & fame afflicti sunt, quoq; He-
 lias est notissimus, qui propter minas Iezabel fugitans, ambulauit in fortitudine unius cibi
 xl. diebus & xl. noctibus: de qualibus & Apostolus ingemiscēs loquitur: Circuerūt in me-
 loris, in pellibus caprinis. Egentes, angustati, afflicti, quibus dignus non erat mundus. In so-
 litudinibus errantes, in montibus, & in spelūcis, & in cauernis terræ. Verē ergo beati, de qui-
 bus ita ueraciter annuntiat, dignus enim non erat mundus. Esuriebant & sitiebāt corporali
 esurie & corporali siti, propter iustitiā: esuriebant & sitiebāt spiritali esurie, & spiritali siti,
 ipsam iustitiā. i. Christū, quē expectabāt. Etenim quid faceret esuriēs & sitiēs, in eū qui tol-
 leret sibi panē unicū uel potū necessariū? Vtiq; si posset occideret eū. Similes huic existima-
 uit sacerdotes & prophetas Baal Helias, unus uel notissimus esuriētū & sitiētū iustitiā. i.
 Christū. & iccirco occidit ex eis quadringētos & quinquaginta uiros, in die una, quia quan-
 tu in ipis erat, indignū faciebant populū Israël, cui secundū promissionē, quæ ad patres fa-
 cta est, conferretur uel daretur Christus iustitia sempiterna. Hic unus uel præcipuus ex illis,
 postq; esuriuit & sitiuit mente iustitiā: postq; esuriuit & sitiuit corpore propter iustitiā, igneo
 curru raptus est, & translatus in locū, ubi non esuriat neq; sitiatur: unde & pro argumēto satis
 est, ut credas uerū esse, quod ueritas loquit, beatos esse esurientes & sitientes iustitiā, quoniā
 ipsi saturabuntur. ¶ Quod misericordes uerē beati sint, quoniā ipsi misericordiā consequent,
 Abdias ille pro exēplo sit, qui misericors fuit, & misericordiā fecit, cū illis qui esuriebant &
 sitiebant iustitiā, ut supra dictū est: fugientes persecutionē regis Achab & impijssimæ Ieza-
 bel. Nunquid (ait ipse ad Heliā) non indicatū est tibi dño meo, quid fecerim, cū interficeret
 Iezabel prophetas domini, qđ abscondiderim de prophetis dñi centū uiros, quinquagenos &
 quinquagenos in spelūcis, & pauerim eos pane & aqua. ¶ Dicitur hic fuisse tertius ille prin-
 ceps quinquagenarius, cui peccit Helias dicēti: Homo dei noli despiciere animā meā, & ani-
 mā seruoꝝ tuoꝝ qui mecū sunt. Ecce descendit ignis de cælo, & deuorauit duos principes
 quinquagenarios primos, & quinquagenos qui cū eis erant. Sed nūc obsecro, ut miserearis
 animæ meæ. Misericordiā cōsequutus est, quia misericors fuit: neq; solūmodo, siue utcūq;
 misericordiā, uerē etiā gratiā magnā, uidelicet propheticā, cōpletumq; est in eo illud p Salo-
 monē dictū: Qui pronus est ad misericordiā, benedicet: de panibus em̄ suis dedit pauperi.
 Postmodū enim relicto Ochoziaz regis ministerio, factus Helię discipulus, prophetauit: &
 hic ille esse perhibet, q in ordine xij. prophetarū quartus est. Ergo & ab eius exēplo uerē cō-
 stat, beatos esse misericordes, qm̄ ipsi misericordiā consequent, itēq; uerē esse, qđ alibi dictū
 est, qui recipit prophetā in nomine propheta, mercedē propheta accipiet. ¶ Quod mundi
 corde uerē beati sint, qm̄ ipsi deū uidebūt. deinde Daniel & Iocij eius pro exēplo sunt. Stu-
 diū eius ut esset mūdo corde, ex eo cognoscimus qđ scriptū est: Proposuit autē Daniel in cor-
 de suo, ne pollueret de mensa regis, & de uino potus eius, & rogauit Eumichoz ppositū, ne
 contaminaret, & dixit: Tenta nos obsecro seruos tuos diebus decē, &c. Pueris autē his dedit
 deus scientiā & disciplinā in omni uerbo & sapiētia, Danieli autē intelligentiā omnīū uisionū
 & somnioꝝ. Inter cætera, quæ uidit ille mūdo corde, maximū atq; pulcherrimū est, quod
 deū uidit, quō à mortali homine uideri potuit. Aspiciēbā (inquit) donec throni positi sunt, Dan-
 & antiquis dieꝝ sedit, uestimentum eius quasi nix candidū, & capilli capitis eius quasi lana
 munda. Aspiciēbā, & ecce in nubibus cæli quasi filius hominis ueniebat, & usq; ad antiquū
 dierū peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eū, & dedit ei potestātē & honorē & regnū,
 & omnes populi tribus & linguæ ipsi seruient. Qui adhuc uiuens & mortalis sic propter

Iud. 3
 1. Reg. 16
 Beati qui esur-
 riunt & sitiunt
 iustitiam;
 3. Reg. 19
 Hebr. 11
 3. Reg. 18
 4. Reg. 1
 Beati miseri-
 cordes.
 3. Reg. 18
 Abdias.
 4. Reg. 1
 Prouer. 22
 Marth. 10
 Beati mūdo
 corde.
 Dan. 1
 Dan. 7



munditiā cordis uidit deū, quomodo uel q̄ foeliciter post hanc uitā uidet eum? Ergo in isto
 præsens testatur experimentū, beatos esse mundos corde, quoniā ipsi deū uidebūt. ¶ Quod
 pacifici beati sint, quodq; filij dei uocent̄ & sint, ipsi, qui hanc apertionē oris domini uiderūt,
 & hanc eius doctrinā præsentes audierūt, in semetipsis experti sunt. Nam ipsi sunt, & fuerūt
 primi pacifici, & ministri pfectæ pacis, utiq; pacis inter se & omnes homines. Quō inter se &
 omnes homines? Videlicet eo modo, ut sicut cætera omnia reliquerant, sequēdo principē
 pacis, ita ut arma materialia, cuncta belli uasa, de manibus illis excuteret idē princeps pacis,
 dicēdo ad unū uel primū ex eis Petrū: Conuerte gladiū tuū in locū suū. Nusq; omnino de
 inceptis arma belli attrahuerūt, nisi gladiū illū, gladiū spiritualē, qui est sermo dei, uisus &
 efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. ¶ Beati illi haftenus nominati, scilicet & pau
 peres spiritu, & mites, & lugentes, & esurientes atq; sitientes, armis interdū bellicis uti sunt,
 & nihilominus beati fuerunt uel sunt, quoniā secundū tēpus pro dño & in cluy Machabæi,
 impios uia uitæ uētura aperiebāt, q̄ est Christus, uidelicet defendēdo arborē generis sui, ne
 pro uolūtate diaboli penitus à gētibus extirparet, de qua nascitur? erat fructus, sicut iam ple
 nius alio loco diximus: Tēpus belli (dicit Ecclesiastes) & tēpus pacis. Tēpus occidēdi & tē
 pus sanādi. Tēpus deniq; belli & tēpus occidēdi tūc fuit, magisq; expediebat occidere q̄ oca
 cidī, q̄n conabat̄ diabolus per impios homines exterminare radicē, de qua uentura sperabat
 semen, qd̄ Christus est, incipiēs per Pharaonē, qui pcepit omni populo dicens: Quicquid
 masculini sexus natū fuerit, in flumen projicite: quicquid feminei, reseruate. tandēq; Pha
 rao alter quidē in persona, sed idē in malitia persequēs recedentē Israel: Euaginabo (inquit)
 gladiū meū, interficiet eos manus mea. Mitissimus quidē (ut supra iam dictū est) erat Moy
 ses, sup omnes homines qui morabant̄ in terra: sed tamē libēter extēdit manū suā seuerā sup
 mare, ut reuerterent̄ aquæ ad Aegyptios super currus & equites eorū, & pro hoc facto glo
 riosum dño cātavit canticū, & ipse pugnauit & uicit Amorræū, & ultus est filios Israel de
 Madian. Cætera persequi nimis longū est. ¶ Hoc tantū erat demonstrandū, qd̄ tūc & exin
 de usq; dū nascēte Christo promissio impleret̄, tēpus belli & tēpus erat occidēdi, & qui bella
 uerūt & occiderūt, merito prædicant̄ in ecclesia dei, maxime David & in cluy Machabæi.
 Postq; aut̄ natus est Christus, tēpus cœpit esse pacis, & tēpus sanādi: quod ministeriū prio
 res susceperunt apostoli, & ecce beati pacifici, quoniā filij dei uocabunt̄, ait, & utiq; fratres mei.
 Vade, inquit, ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad patrē meū, & patrē uestrū. Quō pacis
 inter deū & homines ministri fuerūt? Missi à Christo resurgēte à mortuis & dicere, qd̄ an
 tea nusq; dixit, semel & iterū ac tertio, secundū Iohannē pax uobis, deus (aiunt) recōciliabit
 nos sibi p̄ Christū, & dedit nobis ministeriū recōciliationis. Quoniā quidē deus erat in Chri
 sto, mundū recōcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorū, & posuit in nobis uerbū recōci
 liationis. Pro Christo ergo legatiōe fungimur, tanq; de exhortate per nos: Obsecramus pro
 Christo, recōciliamini deo, & multa his similia. Et nota, quod in ordine beatitudinū septimo
 loco sabbatismus pacis est. ¶ Octaua beatitudo quā dicit, beati qui persecutionē patiuntur
 propter iustitiā, quoniā ipsorū est regnū cælorū: uniuersos cōplectitur, & pauperes spiritu,
 & mites, & lugentes, & esurientes & sitiētēs iustitiā, & misericordes, & mundicordes, & pa
 cificos: quia uidelicet omnes persecutionē passi sunt, & patiuntur quicunq; illos imitari uo
 lunt. Omnes enim (inquit Apostolus) qui pie uolunt uiuere in Christo Iesu, persecutionē
 patiuntur. Similiter promissio, quoniā ipsorū est regnū cælorū, quæ ipsa & prima & octaua
 est, cunctas interiores complectitur promissiones, quia uidelicet regnū cælorū, & terra est
 quam mitibus promittit, quoniā ipsi possidebunt terram: & consolatio, quam promittit lu
 gentibus, dicendo, quoniā ipsi consolabuntur: & saturitas, quam pollicetur esurientibus &
 sitientibus iustitiā, dicens, quoniā ipsi saturabuntur: & misericordia, quā spondet misericor
 dibus, quoniā ipsi misericordiā consequentur: & uisio dei, quā promittit mundicordibus,
 quoniā ipsi deū uidebunt: & gloria filiorū dei, quā pacificis pollicetur, dicendo, quoniā filij
 dei uocabunt̄. ¶ In beati tudinibus istis & si discipulos suos, qui præsentes aderant, non præ
 teriuit, sed eos quoq; tetigit, maxime dicēdo, beati pacifici: non tamen sic locutus est aut ita
 dixit, ut enuntiaret eis, qualem ad gratiam siue gratiæ gradum prædestinati fuissent atque
 uocati, quia non ad secundā personā uerba fecit, protinus autē in sequentibus facere incipit.

Beati

Beati pacifici.

Matth. 26

Eph. 6

Hebr. 4

Tempus belli
fuit ante natū
Christum.

Eccle. 3

Exo. 1

Exo. 15

Nume. 12

Exo. 14

Nume. 21

Nume. 31

Tempus pacis
post natum
Christum.

Iohan. 20

2. Cor. 3

Octaua beati
tudo omnes ali
as in se com
plectitur.

2. Timo. 3

Beati estis, cum maledixerint vobis, et persecuti vos fuerint, et dixerint omne in-
 vestrā copiosa est in cœlis. Sic enim persecuti sunt prophetas, qui erāt ante vos. **¶**
 Ece de persona tertia facta conuersione ad secundā, ad eos qui præsentes aderant discipu-
 los suos uerba facit, eosq; assimilāt uel coæquat prophetis, quoz utiq; magnū & gloriosum
 erat memoriale apud uiuentes filios, quoz patres illos maledixerunt & persecuti sunt, & ple-
 nosq; ex eis etiā occiderūt. Magnificētia est summi gradus & honoris optimi in hoc dicto,
 sic enim persecuti sunt prophetas, qui fuerunt ante uos. Veruntamē pro magnificētia rei
 parū erat hoc dixisse, sic enim fecerunt prophetis, sed adde quod protinus ait. **¶** Vos estis
 sal terræ. Quod si sal euauerit in quo salietur: Ad nihilū ualeat ultra, nisi ut mitta-
 tur focas, et conculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi. **¶** Quo pertinet, sedē-
 do in monte, statim post apertionē oris, in exordio tanti sermonis mentionē facere salis &
 lucis, ratiō ut diceret, uos estis sal, uos estis lux: Quo respexit uel quales ad thesauros sapiē-
 tiæ & scientiæ, suos auditores præmittere uoluit. Nimirū ad montē illū, imō ad legē sanctā
 & iustā & bonā, quā ipse olim dedit in monte Synai, ubi & lux quædā apparebat, sicut scri-
 ptū est: Iam aduenerat tertius dies, & mane inclarauerat, & ecce cœperunt audiri tonitrua ac
 micare fulgura. Itē: Cunctus autē populus uidebat uoces & lampades, &c. **¶** Inter illius, que
 nunc data est, legis mysticæ sacramenta, diligentissime salē cōmendat. Quicquid (ait) obtule-
 ris sacrificij, salē cōdies, nec auferes sal fœderis domini dei tui, de sacrificio tuo. In omni ob-
 latione offeres sal. Tertio repetiuit in uno eodemq; scripturę loco commendationē salis, ne
 forte primā aut secundā uicē non intellexeris, aut curę non magnæ putes deo esse mysteriū
 salis. Cum igitur sedens in monte & dicturus, non ueni legē soluere sed adimplere, præmit-
 tit, uos estis sal, uos estis lux, utiq; discipulos suos intelligere uult, sicut postea spiritū sanctū
 accipientes, & illuminati ab eo, sine dubio intellexerunt, quod ea, quæ uisa uel facta sunt in
 monte Synai, cognata fuerunt his, & ad rationē pertinuerunt horū, quæ facere incipiebat,
 sedendo in monte & docēdo discipulos suos, quæq; perfecturus erat sedendo in excelsis ad
 dexterā maiestatis, & mittendo illis spiritū sanctū in linguis igneis, unde & factū est, ut essent
 lux mundi. **¶** Ut nūc interim differā de ratione salis, profecto in eo quod dicit, uos estis lux
 mundi, hoc dat intelligi, quod ista lux mundi per fulgura & lampades illas designata fuerit,
 quæ ibi lucebat in medio fumi siue densissimæ nubis, sicut illic manifeste dictū est: quia cœ-
 perant micare fulgura, & nubes densissima operire montē, itemq; cunctus populus uidebat
 uoces & lampades & sonitū buccinæ montemq; fumantē. Fulgura & lampades in medio
 fumi & densissimæ nubis, apostoli fuerunt, doctrina lucentes, & miraculis choruscantes, in
 medio iudæoz, quos inuidiæ fumus excæcauit, & incredulitatis densissima nubes operuit.
¶ Sed iam per ordinē literā sequētes, sermonē hunc ipso duce ingrediamur, qui locutus est:
 Cum dixisset, sic enim persecuti sunt prophetas, qui fuerunt ante uos, cōtinuo quasi quære-
 rent beati illi, quibus inter maledicta & persecutiones gaudendum atq; exultandū decerne-
 bat, quoniā merces uestra (inquit) magna est in cœlis, & dicerent: nos quid sumus, & quis fi-
 nis erit eorū, qui prophetas ante nos persecuti sunt, & nos persequenti, dixit eis: Vos estis sal
 terræ. Breuiter dixit, sed in breuitate dicti grandis est sensus, & rationis magna uis. Non di-
 xit tantummodo, uos estis sal, quo dicto sola poterat significari bene utentiū cōmoditas: sed
 dixit sal terræ, quo dicto quid portendit, nisi uastationē hostilis terræ: Legimus enim urbes
 quædā ira uictorū sale seminatās, ut nullū in ipsis germē oriretur. Sic ergo accipiendū est, ac
 si diceret: Omnis sanguis iustus qui effusus est super terrā, à sanguine Abel iusti, confluens
 cum sanguine uestro, quos persequentur sicut persecuti sunt prophetas ante uos, sic erit ge-
 nerationi isti tanq; seminatio salis, ut sit sterilis & nullius boni ferax germinis, sicut ciuitas ira
 uictorū sale seminata sterilis fit & inhabitabilis. Hoc aduersus illos, qui salē in terra sua semi-
 nare, potius q̄ in cibū sumere, id est doctrinā apostolicā persequi, & quantū in ipsis fuit ma-
 luerunt admittare q̄ uenerari & suscipere, indignos se iudicantes uitæ æternæ, præuariato-
 res legis sanctæ dicentis: Quicquid obtuleris sacrificij, salē condies, nec auferes sal fœderis
 domini dei tui, de sacrificio tuo. In omni oblatione offeres sal. Huius præcepti, quod ne par-
 tum aut paruipendendum putes, scriptura triplicauit, & sic sublimiter extulit, ut diceret, sal

Marth. 23

Exo. 19
 Salis cōmēda-
 tio i sacrificij

Leuit. 2

Vos estis lux
 mundi
 Exo. 19

Vos estis sal
 terræ.

Matth. 23

Leuit. 2



Sal. doctrina
euangelica.

fecederis domini dei tui: prauaricadores futuri erant Iudaei, contemnendo imò & persequen-
do doctrinā euangelicā, quae per istos uel cum istis incipiebat administrari. ¶ Quomō sal su-
perfluos siue nocituros humores carniū desiccet & à putredine purificet, sic apostolica do-
ctrina necessaria decalogi praecepta, cunctaq; iustitiā legalis instituta, desiccatis carnalibus
cerimonijs, purificare habebat, & ubiq; terrarū cōsilio castitatis salire credentiū corpora, qua
tenus non putrescerent, aut usq; quaq; putenti corrūperentur luxuria. O quantas salierūt pu-
erorū quoq; aut puellarū turmas, ita ut carnes eorū omnino desiccarent, & usq; ad decrepita
senectutē, usq; ad finē uitae, incorruptae p̄seuerarent atq; durarēt imputribiles continētia &
fani uirginali pudicitia. Secundo post apostolos meriti uel gratiae loco uiri apostolici, patres
orthodoxi & doctores catholici, sal dicunt & sunt atq; lux mundi: quia uidelicet sapienter
atq; fideliter tractādo atq; retractādo sacra legis & prophetarū scripturā, quicquid in ea qua
si carnaliter sonat, ita sermone uiuido condiūt, ut spiritualiter sapiat, & qd erat clausum, pate-
scat: quod obscurū & tenebrosū uidebatur, clarū & lucidū fiat. Magna igitur dignitas, ma-
gna in hoc dicto gloria, uos estis sal. ¶ Sed audi quid sequit: Quod si sal euanuerit, in q̄ saliet:
Ad nihilū ualet ultra, nisi ut mittatur foras, & conculcet ab hominibus. Noli ergo altū sape-
re, sed time, o tu omnis qui te ad ordinē illorū pertingere confidis, quibus dictū est, uos estis
sal, conscius tibi sermonis sapientiae uel scientiae, qui forte tibi super alios abūdat. Nonnunq̄
enim accidit, ut euanesceret sal, nonnunq̄ accidit, ut scientiā quis habēs, abuteret ea in supbia,
& per mentis elationē loqueret scientiae uel cōscientiae suae contraria, sciens ueritatē, dū alte-
ri inuidet, & alteri cedere, qui forte prior locutus est, aut cui iuniori reuelatū est qd melius
est, damnū suū putat, & quasi tormento grauat, quia superbus & elatus est. Taliter niti,
hoc est ueritatē in iniustitia detinere, hoc est ueritatē dei cōmutare in mendaciū, hoc est uer-
bum dicere contra spiritū sanctū. Et hoc fuit peccatum pharisaeorū, quando dixerunt: Hic
non eicit daemones nisi in Beelzebub principe daemontorū: ita per inuidiā loquentes, cum
scirent, quod in digito dei, id est, in spiritu dei eijceret daemones. ¶ Hoc peccatū Arrii, pec-
catum hoc omnium haeresiarum fuit, quos cunctos in medio poenitentis spiritus sanctus in-
dignos iudicauit, quia cognoscentes deū, non sicut deū glorificauerunt, aut gratias egerunt,
secuti sub nomine Christiano peccatores antiquos, peccatores paganos, qui cōmutauerunt
Rom. 1
Math. 12
Luc. 11
Peccatū hære-
sarcharum.
Tit. 2
Ioh. 15
Lux illumina-
ta, duplex est.
Iohan. 1
Dan. 12

Ne quis super
beat scientia
aut eloquio.

Rom. 11

1. Cor. 14

Rom. 1

Math. 12

Luc. 11

Rom. 1

Tit. 2

Ioh. 15

Iohan. 1

Dan. 12

ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt: sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent patrem vestrum qui in caelis est. Quid nisi humilitate contingit, et humilitati respondet eorum, qui tali sunt nomine digni, ut lux mundi nominentur et sunt? Denique talium quisque paratus est in oculis suis, latere vult, quia dignum se aspectibus hominum aut hominem esse non arbitrat, et vix animaduertere audeat quod altissimus, quamuis omnia sciens, quibus omnia videns, cum scire vel videre dignetur. Et quae magna, quam ampla ciuitas, quam is, quem caelum et caeli ceteros capere non possunt, deus inhabitat? Et quo in monte, nisi in altitudine caeli, ciuitas huiusmodi posita est, iuxta illud: nostra autem conuersatio in caelis est? Non potest abscondi, non patitur ordo vel ratio iudicij seu consilij diuini, ut abscondatur et incognita sit, quae ad hoc aedificata est, et ad hoc mille clypei pendet ex ea, omnis armatura fortium: ut omnes qui inter aduersarios periclitantur, qui inter Iudaeos, paganos, atque haereticos, pro fide agonizant, recurrere sciant ad ciuitatem hanc et in ea communi, de ea sumptis sententiam armari, ut habeant unde animam, pro qua illis res est, defendere possint. Ecce alia similitudo: Neque accendunt lucernam, et ponunt eam sub modio sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Iuxta hanc similitudinem uos, quibus dixi, uos estis lux mundi, non ideo circumspicienti estis, non ideo accipietis donum superueniens dei claritate accipietis, quod fieri nunc incipit, perficiet autem, quando accipietis donum superueniens spiritus sancti in uos, linguis apparatus igneis) ut sub silentio tegamini uel abscondamini perpetuis contenti latibulis, nec uos nec aliqui illorum, qui ante uos habuerunt, uel post uos habituri sunt gratiam eiusmodi, ut per eos ministerium deus mundo innotescere possit. Etiam quibus dicitur in speluncis et in cauernis terrae delitescere uoluit et ad tempus delituit, nihilominus tamen ubi causa poposcit, foras prodijt, in publicum deo iubente uel ordinato uenit, ut ei cui praedestinatus, ad quod fuerat uocatus, insitens officio, beneficium lucis, cuius erat particeps, plurimum impartiretur. Exempli gratia. Iohannes lucerna ardens et lucens, in deserto latere uoluit, et illic a teneris annis usque ad annum ferme tricesimum hominibus incognitus, uitam suam detulit. Nonne interim lucerna quasi sub modio latuit? Sed profecto lux uera, quae illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, de quo habebat Iohannes ut lucerna existeret, quod et ipse profitetur dicendo, et de plenitudine eius nos omnes accepimus, non ideo circumspicienti illum illuminauerat, non ideo de spiritu sancto adhuc ex utero matris lux repleuerat, ut illic soli sibi uiueret, soli sibi sub modio uitae heremiticae, lucem bone conscientiae taciturnus insumeret. Vbi patri eius caelestis nuntius natiuitate eius euangelizauit, nomen quoque et uitae serie gerere ordine deprorsit, nihil tale denuntiavit, sed hoc quod erat in proposito dei uenerabiliter pronuntiavit, ipse (inquiens) prohibet autem illum in spiritu et uirtute Heliae, parare domino plebem perfectam, id est zelo iustitiae redarguendo et corripiendo peccatores, praedicare poenitentiam. Illud deserti latibulum sponte subiit, istud publice praedicationis officium obedienter suscepit ab eo, quem dicit: Sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem uideris spiritum descendente, etc. Igitur uerbis et exemplis diuinae autoritatis perdocemur, ut sciamus quia deus cuiuscumque sapientiae uel scientiae suae lucidam gratiam dat, ideo utique dat, ut super candelabrum aliquid ponatur eiusmodi lucerna, quatenus luceat omnibus qui in domo sunt, et plures lucrifaciat. Aliquod autem candelabrum ideo dixi, quia iuxta Iohannis Apocalypsim septem sunt candelabra aurea, quorum in medio filius hominis deambulat, et septem candelabra (inquit) septem ecclesiae sunt. Porro septenario numero, qui significari solet uniuersitas, uniuersas intelligimus, quas per orbem terrarum Christus habet ecclesias, et hoc utique uult, ut quae dono ipsius apostolica praepollet fide et scientia, non discrepante uita, nec ipse negligat, uel contemnat alieno, neque ipse proprio refugiat iudicio, quoniam ponatur super candelabrum, et in domo dei luceat uerbo et exemplo, memor per omnia dicti huius. Sic luceat lux uera coram hominibus, ut uideant opera uera bona, et glorificent patrem uestrum qui in caelis est. Hoc etenim dicto et inanis gloria propellit, et utilitas multo desiderat: cum ea iubet esse intentio bene operantis coram hominibus, ut non ipse, qui operari uidet, sed deus qui per eum operatur: Deus pater luminum a quo est omne datum optimum, et omne descendit donum perfectum, laudet et glorificet. His praemissis in exordio sermonis, per quae praeparati esse poterat, ut ad audiendum existeret attentus, dociles, ac beneuolus ingredijt ampla spatia profundi sermonis caelestis magister, et dicit. Nolite putare, quia ueni soluere legem aut prophetas. Non ueni soluere sed adimplere. Postquam

Non potest ciuitas abscondi, 3. Reg. 8. Philip. 3. Canti. 4.

Non debet lucerna poni sub modio. Act. 2.

Iohan. 5. Iohannes baptista latuit, priusquam luceret. Iohan. 1. Luc. 1.

Iohan. 1. Candelabrum ecclesiam aliquam denotat.

Apoc. 1.

1. Cor. 12. Iaco. 1.



Mimilis et magna professio Christi de seipso

Postquam enuntiauit alijs cuius forent dignitatis, & sic minores suos, discipulos suos honorari, ut diceret eis, uos estis sal terrae, uos estis lux mundi, de semetipso quoque debet sperari, quod humiliter significare uoluit, & hoc sciri non inaniter idoneum duxit. Nam magnum est quod de semetipso dicit, legem adimplere ueni, sed magnitudinem rei ne iactantiam sermo redolere uideretur, pulcherrime temperauit modus dicendi, dum in prima fronte excusationem premittere, & iustam suimet aestimationem quodammodo flagitare curauit, dicens: nolite putare, quoniam ueni soluere legem aut prophetas. Profecto si solam legem posuisset ita, nolite putare quoniam ueni soluere legem, & tunc demum dixisset, non ueni soluere sed adimplere, magnum (ut iam dictum est) hoc esset, & longe plusquam aliquis hominum de semetipso unquam potuit dicere ueraciter. Cum autem addit, & prophetas, & de utrisque scilicet, lege & prophetis dicit, quod hec adimplere uenerit, rogo quantum est: Nonne aequipollens est, ac si diceret, cuncta in me adimplebuntur sacramenta legis & prophetarum etenim cuncta de me scripta sunt: Sed (ut iam dictum est) magnitudinem rei sua uisorem audientibus efficit modus locutionis, similiter & in eo quod protinus subiungit. **¶** Amen quippe dico uobis, donec transeat caelum & terra, iota unum, aut unus apex, non praeteribit a lege, donec omnia fiant. **¶** Quanto suauius ac reuerentius sonat taliter dictum, donec omnia fiant, quae cuncta loquuntur lex & prophetae. Non (inquit) praeteribit iota unum aut unus apex, donec omnia fiant, Et quousque uel quanto tempore fient? Donec transeat caelum & terra, id est, usque ad consummationem seculi, usque in diem iudicii, quando praetereunte siue iam praeterita, quae nunc est, figura mundi erit terra noua & caeli noui. **¶** Quid ergo est quod Apostolus dicit, reprobatio quidem sit praecedentis mandati propter infirmitatem eius & inutilitatem, quoniam hic ait ipse dominus, iota unum aut unus apex non praeteribit a lege donec omnia fiant? Ad haec sciendum, quia nonnulla est distantia rerum quae significant nomine legis. Ne longum in respondendo fune traham, aliud est legem dedisse deum pro beneplacito suo quod fecit ante reatum uituli, aliud legem imposuisse non sine animaduersione uel seuerio iudicio, post reatum uel

1. Cor. 7.
2. Pet. 3.
Heb. 7.
Legis praeccepta, quaedam bona, quaedam non bona.

Ezech. 20.

in ipso reatu uituli. Hic iam uerba eiusdem domini ad prophetam Ezechiel memorata sunt. Eieci eos (inquit) de terra Aegypti, & eduxi in desertum, & dedi eis praeccepta mea, & iudicia mea ostendi eis, quae faciat homo & uiuat in eis. Et irritauerunt me domus Israel in deserto, & caetera, usque, & post idola patrum suorum fuerunt oculi eorum. Statimque sequitur, Ergo & ego dedi eis praeccepta non bona, & iudicia in quibus non uiuet, & pollui eos in muneribus suis. Praeccepta & iudicia, quae faciat homo & uiuat in eis, se illis dedisse uel ostendisse dicit: praeccepta uidelicet, non habebis deos alienos coram me, non facies tibi sculptile, & caetera uerba decalogi. Iudicia uero, si emeris seruum Hebraeum, sex annis seruiet tibi, in septimo egredietur liber gratis, & caetera quae Moyses plebi omnia narrauit, & scripsit ita concludens. Hic est sanguis foederis, quod pepigit dominus uobiscum super cunctis sermonibus his. Postquam autem fecerunt uitulum, & sicut apud prophetam iam dictum habemus: Post idola patrum suorum fuerunt oculi eorum (ubi intelligendum est uituli potum, quod fecerunt secundum morem Aegyptium sicut patres eorum) praeccepta non bona, & iudicia in quibus non uiuet, quae sese illis dedisse dicit, illa sunt, de quibus ferè totus existit liber Leuitici. Verbi gratia, de mundis & immundis animalibus comedendis & non comedendis, de lepra contaminatione & leprosi emundatione & caeteris eiusmodi, in quibus, sine dubio uita non consistit, sicut nec in sacrificijs carnis & sanguinis, taurorum & hyrcorum & arietum, siue agnorum, de quibus & apud Hieremiam deus ipse dicit: Holocaustumata uestra addite uictimis uestris, et comedite carnes, quia non sum locutus cum patribus uestris, & non precepi eis in die, qua eduxi eos de terra Aegypti, de uerbo holocaustumata & uictimarum, sed hoc uerbum precepi eis, dicens, audite uocem meam, & ero uobis deus, & uos eritis mihi populus. **¶** Cum igitur hic dominus dicit: iota unum aut unus apex non praeteribit a lege, illic autem Apostolus ait: reprobatio sit mandati praecedentis, propter suam infirmitatem & inutilitatem operae precium est scire hanc distinctionem legis, ut hic intelligas praeccepta bona & iudicia, quae faciat homo & uiuat in eis; illic autem praeccepta non bona, et iudicia in quibus non uiuet, de quibus ibidem Apostolus, nihil enim (ait) ad perfectum adduxit lex. Et alibi: Vmbra enim habes lex sanctorum honorum, non ipsam imaginem rerum, per singulos annos ipsidem ipsis hostijs quas offerunt indefinenter, nunquam potest perfectos facere, Et multa in hunc modum. Caeterum et si secundum litteram lex siue

Exod. 20.
Exod. 21.
Exod. 24.
Exod. 32.

Leuit. 11.
Leuit. 13. & 14.

Hiere. 7.

Concordantia inter uerba Christi & Pauli de lege.

Heb. 7.
Heb. 10.

mandatum

mandatum eiusmodi infirmum erat & inutile, propter quod & reprobatio eius facta est, at
 tamen his qui secundū spiritum sentiunt, qualiū habuerit umbram futuroꝝ honorum, no
 tam ac perspicuū est, quia nec de lege eiusmodi quicq̃ preterijt aut præteribit, quin iam cun
 sta ferē in Christo uel per Christū adimpleta sint, & quod residuū est nunc adimpleatur, &
 adimplendū sit usq; in finē seculi. Verū tamen loco præcedenti cū dicit, tota unū aut unus
 apex non præteribit à lege, maxime legē præceptorū et iudicioꝝ illoꝝ oportet intelligi, que
 (ut supra iam dictū est) primū dedit uel ostendit eis, ut apud Ezechielem dicit, anteq̃ irrita
 rent eum, id est, ante reatum uiculi. Nam de huiusmodi tractat in sequētibus, incipiēdo sic.
L Qui ergo soluerit vnū de mādatis istis minimis, & docuerit sic homines, mini
 mus uocabitur in regno cœloꝝ. **Q**ui autē fecerit & docuerit, hic magnus uocabi
 tur in regno cœloꝝ. In primis in quatuor diuisiones totū sermonē distinguere libet, ni
 secundū cœlestē uel spirituale ipsarū dignitatē cognoscere meruerūt, scilicet iustitiā, tēperā
 tiam, fortitudinē, prudentiā. Prima diuisionis huiusce diuīso siue pars hic incipit, ubi ait
L Ergo enim uobis quia nisi abundauerit iustitiā uestra plusq; scribarū & pharisæo
 rum, non intrabitis in regnū cœloꝝ. Et illic finitur ubi dicitur, estote ergo perfecti sicut
 & pater uester cœlestis perfectus est, totaq; huius partis series ad perfectionē tēdit iustitiæ,
 iuxta propositū dicētis, quod iam pertractū est, nō ueni legē soluere sed adimplere. Secūda
 inchoatur ab eo quod protinus ait, attendite ne iustitiā uestrā faciatis corā hominib; ut uidea
 miri ab eis, & illic terminat, ubi dicit, nolite ergo solliciti esse in crastinū, sufficit diei malitia
 uestra, & tota hæc tendit ad uirtutē tēperantiæ, & maxime ut tēperetur ab appetitu inanis glo
 riæ, & deinde à uētris uel corporis sollicitudine, simulq; à seruitio māmonæ. Tertia ab eo qd
 ait, nolite dare sanctū canibus, neq; mittatis margaritas uestras ante porcos, usq; ad id, intra
 teper angustā portā, q̃ angusta portā & arta uia, quæ ducit ad uitā, sine dubio tendenti ad re
 gum cœloꝝ demonstrat habere fortitudinē perseverantē, perseverantiā fortē. Quarta ab
 eo quod ait, attendite à falsis prophetis, usq; ad finē sermonis, perseverantiā fortē. Quarta ab
 eodem adducit, & informat Christianum, ut prudens ac prouidus sit. ¶ In singulis partib; istis
 ex opposito uirtutum, scribas & pharisæos cūctis uirtutibus uacuos acerrime culpat, & no
 minibus quadriaria diuersis denotat. Nam prima quidem parte sermonis, manifestis eos
 scribarū & pharisæoꝝ. In secunda semel & iterum ac tertio hypocritas insuper ethnicos
 quoq; uocat, dicendo: Noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciūt: & cū oratis nō eritis
 sicut hypocritæ: & orantes aut nolite multū loqui sicut ethnici: & cū aut ieiunatis, nolite fie
 riticut hypocritæ tristes. Et quidē de gentibus q; fuerūt & sunt hypocritæ, q̃s & præsens
 sermo denotat intēperantiæ: qm̄ adeo sunt festiui ad mercedē suā, ut malint perdere sempiter
 nam, quæ differtur, quam carere temporali, id est laude hominū, quæ præsens habetur. Sed
 omnium maximi hypocritarū, omnisc; hypocritæos erant magistri scribæ & pharisæi, &
 maxime cōtra illos præsentē saluator sermonē dirigit. Similiter in tertia diuisionis huius par
 te, dū dicit, nolite sanctū dare canibus neq; mittatis margaritas uestras ante porcos, omnes
 quidē de quacūq; gēte sint, tali appellatione illos denotat, quoz; fœda est fortitudo, morde
 re scilicet more canū, & irruere more porcoꝝ ad cōculcandū & distrūpendū, sed taliū quoq;
 maximi scribæ & pharisæi fuerūt. Nihilominus in quarta illoꝝ quos denotat dicēdo: Attē
 dite à falsis prophetis, qui ueniūt ad uos in uestimētis ouīū, intrinsecus autē sunt lupi rapaces
 illoꝝ, in quā scilicet falsorum prophetarū scribæ & pharisæi maximi fuerūt. Itaq; uirtutibus
 quarum singulas in singulis huius sermonis diuisionibus sublucere perspeximus, scilicet iu
 stitiā, temperantiā, fortitudinē, prudentiā, penitus uacui demonstrantur, per hæc nomina,
 quibus in singulis earundem partium denotantur, quia uidelicet scribarum & pharisæoꝝ
 nulla est uera iustitiā: hypocritarum, quales erant idem, nulla est à recipienda mercede sua
 temperantiā: porcorum margaritas conculantium, & homines disrumpentium, quales ipsi
 met erāt, nulla est fortitudo uera: falsorū prophetarū, imò luporū sub ouina pelle latentium,
 nulla est prudentiā, nā quæ illoꝝ putat prudentiā, malitia est. ¶ His prælibatis iā uelut magnō
 & cū dēti ostio pulcherrimi sermonis aperto, ipso duce qui aperuit, introrsus incedendū est.

L Qui

Ezech. 30.

Tractatus de
 quatuor uirtu
 tibus.

Scribe et pha
 risæi cunctis
 uirtutib; ua
 cui.

Qui ergo soluerit unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno caelorum. Ergo quoniam (inquit) non solum ueni soluere legem, uerum etiam adimplere ueni, meum est facere iudicium, sententiamque dicere super eos, qui non solum modo non adimplent, uerum etiam soluunt. Qui nam illi sunt uel erant tunc? Vtique scribae & pharisaei, quos continuo & per totum sermonis huius textum alij quoque euangelij locis uehementer tangit. Quae autem sunt mandata ista minima, quae quasi digitum intendens dicit unum de mandatis istis minimis? Nimirum ista quae subiecta sunt. **Audistis quia dictum est non moechaberis.** &c. Ergo ne ista sunt minima? Vtique minima. Alioquin quid opus erat adimplere ea, quae ad modum dicit, non ueni soluere sed adimplere, si erant grandia uel sufficientia? In quo autem uel in quantum minima sint, commodius in subsequentibus dicitur. **Quid autem est magistrum eiusmodi minimum uocari in regno caelorum? Vtique non intrare in regno caelorum.** Sequitur enim: **Dico enim uobis, quia nisi abundauerit iustitia uestra plusquam scribarum & pharisaeorum, non intrabitis in regno caelorum.** Quam uere minimum est, qui de alto cadit & episcopatum suum perdit. Fiant (inquit Psalmista) dies eius pauci, & episcopatum eius accipiat alter. Hoc primum Iudas proditor pertulit, cuius apostolatam alter accepit, & post illum scribae & pharisaei, quorum ille, sicut dux in comprehendendo Iesum, ita et exemplar fuit in perdendo episcopatum, & in suspendendo uel strangulando semetipsum. Sicut enim ille abiectus laqueo semetipsum suspexit, & apostolatam siue episcopatum eius (ut iam dictum est) alter accepit: ita ceterus pharisaicus, cuiusque populus Iudaicus, persuasus & ab illis & a pontificibus, propria se sententia dannaui clamando: Sanguis eius super nos & super filios nostros. Et pontificatum siue sacerdotium eius populus alter, populus Christianus accepit. Et sicut ille triginta argenteos sanguinis pretium retulit, ita & huic cuiuslibet, qui non est aduersario consentiens, post pauca dicitur hic: non exies inde donec reddas nouissimum quadrante. Igitur cum dicitur minimum uocabitur in regno caelorum, sic accipiendum est, minimum, tanquam improprium maximum, ut minimum idem sit quod contemptibilis, iuxta illud in uisione Abdie, ubi cum dixisset ad Edom: Ecce paruulum te dedi in gentibus, statim subiicit, contemptibilis tu es ualde. **Qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno caelorum.** Quid fecerit & docuerit? Nunquid unum de mandatis istis minimis? Non sicutique non sic. Si enim qui totam legem obseruat, offendit autem in uno, factus est omnium reus: quanto magis qui facit & docuerit, nec unum de minimis, nec unum de magnis mandatis istis expresse dicit: sed ceteris dixisse, quod fecerit & docuerit, quasi manum uel digitum mitis & humilis corde reducens in semetipsum. Hic, ait, magnus uocabitur in regno caelorum. Hoc enim & huic similia de semetipso proficitur, non iactanter, sed (sicut ait Apostolus) ille fidelis permanet, negare seipsum non potest. Et quidem fecerunt & docuerunt quae plures, qualium optimi fuerunt beati illi auditores dicentis: uos estis lux mundi, luceat lux uestra coram hominibus &c. sed non adeo fecerunt, non adeo stabiles uel assidui siue inuariabiles in faciendo fuerunt, ut de facto suo magnificari omnino debuerint, si absque misericordia uocarentur ad iudicium. Omnes declinauerunt simul in ueritas facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. Hic unus & solus est, qui integre fecit & integre docuit per semetipsum, per illos autem, quantum fuerat gratiae suae copiam. Et proinde magni quidem illi quoque uocantur siue uocabuntur in regno caelorum, sed eorum magnitudo ad huius magnitudinem non attingit, quam significat in sermone isto toties dicendo: **Dictum est antiquis, ego autem dico uobis.** Inter magnam istam quae fecit & docuit, & illam minimum quae soluit & docuit, medij sunt, & ille qui fecit & non docuit, quia scientiam siue facultatem docendi non habuit, & ille qui nec fecit nec docuit, forte quia tempus facienda non habuit. De omnibus his magnus iste iudicabit, ita ut minimus ille, qui soluit & docuit, non intret in regno caelorum, quis uideat sibi esse filium regni: ille autem qui nec fecit nec docuit, quia nec potuit nec sciuit, per gratiam sit nonnullus in regno caelorum quale considerans Apostolus: **Ei uero, inquit, qui non operatur, credenti autem in eum qui iustificat impium, reputat fides eius ad iustitiam.** &c. Ille qui fecit et non docuit, uidelicet omnis qui in populo fuit adiutor, et non potuit esse doctor, locum uel ordinem suum in eodem regno caelorum habebit, non nihil differentem ab illis qui fecerunt et docuerunt: qualium primi fuerunt apostoli, & his quoque magnus iste (ut iam dictum est) longe praerit. Ex illa suae magnitudinis autoritate protinus ait. **Dico enim uobis, quia nisi abundauerit iustitia uestra plusquam scribarum**

Mandata ista minima.

Minimum uocabitur in regno caelorum.

Psal. 103. Act. 1.

Matth. 27.

Abdie. 1.

Iacob. 2.

Qui fecerit et docuerit.

1. Timo. 2.

Aliqui medij inter facientes et non facientes.

Roma. 4.

scribarum & phariseorum, non intrabitis in regnum caelorum. Ergo scribae & phariseae non intrabunt in regnum caelorum, & hoc dico uobis (ait) tanquam magnus, tanquam regni caelorum arbiter, uelut ille cuius dictum in potestate, cuius in dicto potestas summa est. Et quare scribae & phariseae non intrabunt in regnum caelorum? Videlicet, quia non abundant, imò deficit & nulla est iustitia illorum. ¶ Quid enim, si manibus suis me non occidunt? Audistis quia dictum est: Non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio. Et hoc dictum siue praeterceptum se non transgredi fingunt, dum suis me manibus non occidunt. Ego autem dico uobis quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. ¶ Quare iratus? Videlicet, quia iras occidendi est. Et quoniam occidere uult, recte iam homicida esse iudicatur, iuxta illud. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Non enim qualicumque ira, uerbi gratia, repetitum calētis animi motum leuiter surgente, leniter nihilominus residet, hic intelligere debemus: sed ira eiusmodi, qualis tribuitur iratus fuisse Cain. Iratusque est Cain (ait scriptura) uehementer, et cecidit uultus eius. Dixitque dominus ad eum. Quare iratus es, & cur cecidit facies tua? Sic namque iratus est ut occidere cogitaret. Qui sibi irascitur, quisque ille est, reus erit iudicio, subauditur daturat diuino: quia uis debet humano necesse teneri potest homicida iudicio, latet enim homines odium quod in corde est, scriptura dicit. Homo uidet in facie, deus autem in corde. Quod si odium, quod prius latebat, signo aliquo proditum fuerit, iam non solum diuino, uerum etiam humano reus erit iudicio. Ait ergo. ¶ Qui dixerit fratri suo, Racha, reus erit concilio. ¶ Concilium namque conuentus est hominum ad iudicandum, eorumque de peccatis agendum siue iudicandi ecclesiasticum sortiti sunt ministerium. Racha enim nonnulli dixerunt esse uocem non significantem aliquid, sed indignatis animi motum exprimentem. Hanc interiectionem grammaticam uocant partes orationes significantes commoti animi affectum, uelut dicitur à dolere heu, uel ab irascere hem. Alij dixerunt hoc uerbum proprie esse hebraicum. Racha enim dicitur inanis aut uacuum, quod nos possumus uulgata iniuria, absque cerebro comparare. Igitur qui dixerit fratri suo Racha, id est, quod odium, intus in corde conceptum, tali signo uel oris sui prodiderit hominibus, quale est Racha, ut non dubium sit, certisque testibus argui possit quod fratrem suum oderit, reus erit concilio. Legitimumque fiet super eum iudicium ab hominibus, uerum etiam ab altari domini iure amoueat, donec & satisfaciatur deo & reconcilietur fratri suo. ¶ Qui autem dixerit, fatue, reus erit gehenne ignis. ¶ Insultantes malis alienis, solent dicere, fatue. Exempli gratia, Iuliano apud Persas interempto, dum nunciatus fuisset eius interitus in urbe Antiochia, putantes cuncti habentes festiuitatem, & non solum in ecclesiis & sepulchris martyrum, sed etiam in theatris exultantes & uictoriam Christi predicantes, communiter clamabant omnes. Maxime fatue, ubi sunt uaticinia? Vicit deus & Christus eius, uerum sic illi recte iudicauerunt & recte dixerint, utpote non fratri, quinimò hosti & inimico acerrimo, fratris nostri fratris optimi Iesu Christi, de cuius fide procedit omnis fraternitas siue paternitas utilis, quae in caelo & in terra nominatur. Fratri autem taliter insultare, taliter dicere, fatue, peccatum est nimis grande, utpote testimonium cordis obdurati, quod habeat odium insatiabile. Igitur iusta sententia dicentis, reus erit gehennae ignis, & subaudiendum est, nisi poenitentiam egerit. ¶ Ad hunc peccati modum pertinuit illa maledictio Semei, quoniam regem Dauid fugientem à facie filij sui Absalon, stentem & operto capite nudisque pedibus incedentem, maledicebat dicens. Egredere uir sanguinum & uir Belial, ecce praemunt te mala, quoniam uir sanguinum es: & ita gradiebat, maledicentem, & mittens lapides aduersus eum, terramque spargens. ¶ Scribae & pharisei praeter cunctis hominibus maligni, & (ut propheta praedixit) in die malum separati, sic irati sunt fratri suo, sic dixerunt fratri suo Racha, sic dixerunt fatue, filij gehennae, rei gehennalis incendij, cum nihilominus in se considerent tanquam iusti. Non occiderunt fratrem suum manibus suis, sed irati sunt fratri suo, qui dicit in psalmo, & odio habuerunt me gratis. Irati sunt ei nimis odio implacabili, non aliam ob causam, nisi quod sapientia testat eos dixisse, quoniam contrarius est opibus nostris. Vniuersa ecclesiae schola legit & cōmittit, longoque usu iam detriuit, quia quod iratus est Cain uehementer, & concidit uultus eius, cum non aliam haberet causam, nisi quia opera ipsius maligna, fratris autem eius iusta erant, typus fuit huiusmodi, qui hunc fratrem suum secundum carnem Iesum Christum oderunt scribae & pharisei, non aliam ob causam, nisi quia huiusmodi bona, ipsorum autem mala erant opera, & auaritia eorum in doctrina sua redarguebat. Nonne pro huiusmodi odio re iam erant iudicio? ¶ Addiderunt autem huius peccato, ut non tantum illum haberent odio in corde suo, uerum etiam dicerent Racha eidem

Scribe & pharisei occiderunt Christum.

I. Iohan. 3

Gene. 4

I. Reg. 16

Qui dixerit fra. suo racha

Qui dixerit fatue.

Eph. 3.

2. Reg. 16

Amos. 6

Psalm. 34. 6

Sapi. 2. Gene. 4

Matth. 13
Iohan. 10

eidem fratri suo, scilicet omne uerbum malū quodcūq; suggerere potuit hostilis indignatio. Exempli gratia. Nonne hic est filius fabri? Et alibi. Dæmoniū habet, & insanit. Quid eū audis? Et multa his similia. Et si nihil plus fecissent aut dixissent, nonne rei iam fuissent non solū iudicio diuino, uerū etiam ecclesiæ concilio. Propterea quippe sententiā habere

Esaie. 5.
Matth. 27.

in eos omne patriarcharū & prophetarū conciliū, ut dicerent, uae his qui dicūt bonū malū. ¶ Addiderunt etiā adhuc, ut insultarēt ei, in ipsius passione & sublanarēt in ipsa morte, qd erat (ut supra demonstratū est) dicere fatue. Cū em̄ moreretur frater ille, qui dicit in psal

Psalm. 34.
Matth. 27

mo. Quasi proximū, quasi fratrem nostrū, sic cōplacēbā, p̄tereuntes blasphemabant eū, mouentes capita sua & dicētes. Vah, qui destruit templū dei, & in triduo illud reedificat. Salua temetipsum. Antea quoq; cū cōpessent eū, sic illudēbat ei tanq̄ fatuo, sic deridebant eū tanq̄ fatuū, cadendo colaphis, & dicendo, prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit. Inter hæc omnia uidebantur sibi, aut uideri uolebāt iusti, & nō transgressores legis dicentis, nō occides: cū dicerent, nobis nō licet interficere quenq; & nō occiderent eū manibus suis, sic iusti, sic integri factores legis, ut non saltē introire uellent in pratoriū gentilis hominis, ut nō cōtaminarentur (ait Euāgelista) sed manducarēt pascha. Recte igitur & uere dixit, quia nisi abundauerit iustitia uestra plus q̄ scribarū & pharisæorū, nō intrabitis in regnū ccelorū, id est, nisi non solū manus uestras cōtineatis ab occidendo, uerū etiā libere

Exodi. 20.
Iohan. 10

retis animū uestrū ab ira uel odio, & qd plus est, os uestrū ab indignationis quolibet sono, & qd abundantius est, linguā uestrā ab insultando fratri cuiuslibet, in quocūq; fuerit malo.

Dña inter iudiciū dei & hominis.

¶ Quid tadē distat inter iudiciū, qd dicitū est antiquis, qui aut occiderit, reus erit iudicio & iudiciū istud qd hic audimus, Ego aut dico uobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio? Non em̄ nulla debet esse distantia iudicij, ubi tanta distātia est reatus iudicandi, quanta hic intelligitur inter homicidiū qd perpetratū est manibus & homicidiū, quod ut fieri possit, animo uel cogitatione uersatur. De homicidio, qd p̄peratur actu, iudicat homo lege constitutus: de homicidio, qd non est opere peractū, sed ut fiat, mente tractatur, solus iudicat deus, saltem per legē naturalem, quæ in cordibus scripta est, quæ est huiusmodi, quod tibi non uis fieri alij ne feceris. Hoc iudiciū primo in Cain sancitū est, qui cum iratus fuisset uehementer, dixit dominus ad eū: Quare iratus es, & cur cōcidit facies tua? &c. Illud aut iudiciū, ubi homicidij manifestū est opus, sic iudicat homo, ut se habet causæ modus, quæ admodū lex loquitur. Qui (inquit) percussit hominē, uolens eū occidere, morte moriatur. Qui aut non est insidiatus, sed deus illū tradidit in manus eius, &c. quæ p̄sequi longū est. Quid igitur superest consilij? Iudiciū audiuius, quia cuius ira in tantū progressa est, ut diceret fratri suo, fatue, reus erit gehennæ ignis, q̄ uidelicet gehenna iam nō tantū modo iudiciū, sed extrema iudicij sententia est. Nunquid hoc tēpore, dū in euangelio p̄dicatur iudiciū, misericordiæ unquā obliuiscitur euangeliū? Non utiq; sed semp̄ & ubiq; antequam terminetur iudiciū, misericordiæ porrigit manū, quærendæ indulgentiæ p̄bet consiliū. Hinc est illud, qd protinus subsequitur. L. Si ergo offers munus tuū ad altare, ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuū ante altare, & uade prius reconciliari fratri tuo, & tunc ueniēs offeres munus tuū. Sicut cætera, ita istud qd sic sibi putet cōsuli ois peccator siue reus homicidialis odij, quacūq; ex gēte uel natōe sit, ut sciat primū esse in intēione sermonis huius iudiciorū siue scribarū & pharisæorū ceterū: qm̄ ad illos, imō & cōtra illos totus ille fere hic sermo habitus ē, sicut ex ipsa serie cognosci p̄optū est. ¶ O igit collegiū malū, cōciliū malignatiū scribarū & pharisæorū, p̄tificū & seniorū: si uis, potes recordari, qd frater tuus habet aliquid aduersum te, frater quē odio habuisti gratis, cui m̄ra indignāter exprobrādo dixisti Racha, multū crudelē insultādo dixisti fatue. Quid munus tuū ad altare cōtēdis offerere? Nūqd nescis? Nūqd nō audisti? Dicit em̄ in p̄pheta deus. Nō ē mihi uolūtas in uobis, & munus nō suscipiā de manu uestra, & alibi. Ne afferatis ultra sacrificiū frustra. Kalēdas uestras & solēnitates uestras odiuit anima mea. Cū extēderitis manus uestras, auertā oculos meos à uobis: & cū multiplicaueritis ofones, nō exaudiā. Quā ob cām? Manus ei v̄ræ plene sanguine sunt. Hoc est qd nūc dicit, qd frater tuus habet aliquid aduersum te. Si ergo huius recordatus fueris, & munus instāter offerre cupis, relinque munus tuum ante altare, & uade prius recō-

Gene. 4

Exodi. 21

Munera Iudeorum frustra sunt.

Malach. 1.
Esaie. 1.

prius recō-

prius reconciliari huic fratri tuo: uidelicet secundū consilium Petri quoque apostoli dicens. Penitentiam agite, & baptizetur unusquisque uestrum in nomine Iesu Christi, in remissionem peccatorum uestrorum: hoc enim est reconciliari fratri huic. ¶ Hoc factum tunc ueniens offerimus tui munus, munus sanctum, sacrificium uerum, non sicut carnes tauroꝝ, sanguinem hircorum aut uituloꝝ: sed ipsum fratris eiusdem, cui reconciliatus es, corpus uiuificum, sanguinem uerum, sacrificium sanctum & immaculatum. Quotus ex illo scribarum & pharisaeorum concilio uel ordine supercilioso atque odij pleno, recepturus erat istud humilitatis consilium, istud gratiae consulentis bene placitum? Et quidem recepturi erant aliqui, quamuis pauci, ut, auditis Petri caeteroꝝque sermonibus apostolorum, reconciliantur fratri huic, baptizati in nomine eius: sed inter ipsos quanta diuisio, quanta fuit dissensio, sicut Actuum apostolorum liber testatur, maxime de relinquendo siue immutando munere uel ritu, quo antea tu uia cum eo, ne forte tradat te aduersarius iudicij, & iudex tradat te ministro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem. Huic dicto apostolus consonans. Quapropter, ait, sicut dicit spiritus sanctus, hoc est si uocem eius audi eritis, nolite obdurare corda uestra, &c. Quibus praemisissis, longam & optimam ingreditur disputationem de relinquendo (sicut iam dictum est) prisco munere, & offerendo meliore: sic inter caetera dicens. Reprobatio quidem fit praecedentis mandati propter infirmitatem eius & inutilitatem. ¶ Denique aduersarius eorum, qui erant eiusmodi, sententiam sibi tradere iudicij, & non solum iudicij, uerum etiam malo ministro, sub praesentia, uel iudicio iudicis, quemadmodum unus illoꝝ iam memoratus apostolus ad Corinthios dicit. Ego quidem absens corpore, praesens autem spiritu, iudicauit ut praesens eum qui sic operatus est, in nomine domini Iesu Christi congregatis uobis & meo spiritu cum uirtute domini Iesu, tradere huiusmodi Satanae in interitum carnis. Et ad Timotheum scribit. Ex quibus est Hymenaeus & Alexander, quos tradidi Satanae, ut discant non blasphemare. Et quid mirum, si sermo dei uel quouis sermonis dei minister in euangelio, dicatur peccatoris maximeque Iudaei siue scribae & pharisaei, rebellis & increduli aduersarius, cum inimicus auctoritate prophetica dictus sit eiusdem ipse deus uel dei spiritus? Ipse autem (inquit Esaias) ad iracundiam prouocauerunt, & afflixerunt spiritum sancti eius, & conuersus est eis in inimicum, & ipse debellauit eos. Et Hieremias lamentando loquitur. Factus est dominus uelut inimicus praecipitauit Israel, praecipitauit omnia mœnia eius. Itemque ait. Tetendit arcum suum quasi inimicus, firmavit dexteram suam quasi hostis. ¶ Igitur o scriba literae occidentis, o pharisae magni supercilij, refuga spiritus uiuificantis, o Iudae declamator manifestae circūcissionis, cum sacerdotibus & pontificibus tuis carnarijs atque sanguinarijs, noli obdurare cor tuum, sed esto consentiens aduersario huic, sermoni huic gratiae & ueritatis, & linguae eius, & ori eius in quo tibi cepit aduersari, linguae apostolice, ori euangelicae praedicationis: ne forte excutiendo polueris pedum suorum in te, tradat te iudicij illi qui per Moysen dixit. Qui autem uerba eius, loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego ultor existam. Iudex & ultor ille ministrum habet, ministrum (inquam) & seruum, de quo ad Iob loquitur, Nunquid fieret tecum pactum, & accipies eum seruum sempiternum? Ille seruus, ille minister, si traditus ei fueris, mittet te in carcerem, in inferiorē infernum. Quam diu illic eris. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem. Tu triginta argenteos appendisti praecium sanguinis eius, & donec eos reddas usque ad nouissimum quadrantem, non inde exies. Quando autem totum reddere poteris? Nunquid in carcere illo argenteos illos, quos tu proditori dedisti, & proditor tibi retulit, tecum habebis, ita ut rependere possis? Nunquid & quadrantes & trientes & uncias siue libras quoque integras ibi trutinare uacabit, de thesauris quos hic tibi thesaurizasti? Non utique, non thesaurus tuus, sed solum peccatum & poena peccati te sequetur illuc. Ne timueris (inquit Psalmista) cum diues factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius: quoniam cum interierit, non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius. ¶ Ergo non exies inde, donec reddas usque ad nouissimum quadrantem, id est, non inde exies in aeternum. Quadrans habet duo minuta, Veruntamen in rationibus pondera, quas Abaciscus

Actuū 2.
Sacrificiū ue-
rum corporis
& sanguinis
Christi.

Actuū. jr. 27.

Hebræ. 5.
Plam. 9. 4.

Hebræ. 7.

I. Cor. 5.

I. Timo. 1.

Esaia. 63.

Thren. 2.

Apostrophæ
in Iadaos.

Deut. 32.

Iob. 40.

Matth. 26.
Zacha. 11.

Psalm. 48.

Donec redd.
nouiss. quas
dracem.

in usu

in usu habentes etiam scripserunt, quadrans tres uncias habet, uncia uero duodecima pars assis est. Porro assis totum quidam est, siue libra siue quippiam aliud, quod in duodecim partes aequas diuidendum est. Proinde notandum quia non dixit, donec reddas usque ad quadrantem, sed usque ad nouissimum quadrantem, ut per quadrantem nouissimum intelligas de minutissimis, quale apud illos dicitur calculus siue sicilicus, in quatuor extrema & unciae & unciarum particulae diuiduntur. Nam & apud alium Euangelistam ita scriptum est. Dico tibi, non exies inde, donec etiam nouissimum minutum reddas. ¶ Non solum autem supradictos argenteos precium sanguinis fraterni, sed infelix & inreconciliatus negociator, a te putes in illo carcere exigendos, uerum etiam praedam uniuersam quam fecisti, tanta infania, tanta cupiditate lucrandi, ut ipsam domum dei, quae domus orationis uocari & esse debuit, speluncam faceres latronum. Et proinde quia frater iste contra tuam disputabat auariciam, implacabilem aduersus eum mente conciperes odium. Ab initio quo patres tui uiginti argenteis uendiderunt fratrem suum Ioseph, usque nunc auariciae morbo languidus incessisti, & huc usque processisti, ut disputantem (sicut iam dictum est) fratrem istum interficeres, ita ut in praecium sanguinis triginta argenteos dares, & reciperes. Totam tantorum malorum exactionem potuisses euadere breui ac conpendiosa reconciliatione, & amica uoce confessionis lucrari remissionem uniuersa delicti. ¶ Secundo loco frater tibi est omnis qui tecum unum eundemque deum colit, & benedicit deum & patrem domini nostri Iesu Christi, patrem misericordiarum & deum totius consolationis. Si fratri eiusmodi iratus es, si dixisti Racha, si dixisti fatue, etiam pro illo eius es gehennae ignis, utpote homicida, sicut testatur apostolus Iohannes, quia omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Si ergo offers munus tuum ad altare, si orationem, si quamlibet oblationem, festina secundum praesens consilium auferre huiusmodi fermentum: quia si & secundum sanctam ac mysticam legem fermentatum maliciae & nequiciae. Forte uel ipse frater quem odisti siue alius quis, solus sciens quod pecces, irascendo fratri uel odiendo fratrem, corripit te inter te & ipsum solum, & quia corripit, quodammodo tibi aduersarius est, & aduersari non desinit, adhibendo alium secum si solum eum audire nolueris, dicendo etiam ecclesiae si nec duos audire uolueris. Nam hoc est sine dubio tradere iudici, reputare cum his qui foris sunt, de quibus dominus iudicabit. Quid enim mihi (ait apostolus) de his qui foris sunt iudicare? Nonne de his qui intus sunt uos iudicatis? Nam eos qui foris sunt deus iudicabit. Porro frater quisquis ille est, cui iratus es, quem odisti, & per odium malo uel contumelioso uerbo lesisti, non erit tibi difficilis reconciliationem flagitanti, propter illum qui dixit. Si peccauerit in te frater tuus, & conuersus poenitentiam egerit, uel dixerit poenitet me, dimitte ei. Et multa his similia. ¶ Veruntamen non propter haec iniustus inuenitur in facto suo Dauid, ad quem uenit Semei, quod maledixerat ei, & prostratus dixit. Ne reputes mihi domine in iniquitate, neque memineris iniuriam serui tui. Agnoscit enim seruus tuus peccatum meum, &c. Et tunc quidem dixit non morieris, iurauitque ei, sed postea cum appropinquassent dies, ut moreretur, dixit inter caetera filio suo Salomoni. Haec uero quoque apud te Semei, qui maledixit mihi maledictione pessima, quando ibam ad castra, uir autem sapiens es, & scies quae facies ei, deducesque canos eius cum sanguine ad infernum. Non (inquam) iniustus in hoc facto inuenitur Dauid, quia non uero corde reconciliationem quaerit uir Semei, non praedefiderio iustitiae poenituit, sed seruili metu poenae concidit, quia rex quem oderat in corde suo, cui profugienti maledixit, iterum salutatus in regno sedet. Mutauit uocem, non mutauit mentem. Hoc quoque innuit scriptura cum dicit. Ipse quoque uidelicet Barnabas filius Ioadae interfecit uirum Aegyptium, uirum digno spectaculo, habentem in manu hastam. Aegyptium moribus, non genere, dixit illum Semei, & habentem in manu hastam, id est, datam in potestate sua propriae mortis sententiam, quam hoc modo dedit Salomon. Quacumque autem die egressus fueris, & transieris torrentem Cedron, scito te interficiendum. Dixitque Semei. Bonus sermo. Itaque sic fecit Dauid, tanquam non suimet, sed dei & legis uindex, cuius hoc editum est. Principi populi tui non maledices. Sic illum puniri iussit, ut nihilominus secure dicat. ¶ Psalm. Si reddidi retribuendis mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis.

FINIS LIBRI QVARTI.

¶ De gloria